



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 36. Reginæ responsum ad Condæi Literas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. *divisa ærarum immensa spolia, quæ nefas est
A. C. 1614. Principibus inconsultis, neque participibus
profligari: quæ cum ita sint, e Republica
est, ut trium Franciæ Ordinum comitia in-
tra trimestre indicantur, quo temporis in-
tervallo meam, ceterorumque fidem adstrin-
go, nihil armis innovandum per nos, quibus
una cum Regno salus est in ejus fortunam
natura vocatis. Interim suspendi petimus
destinata Regum matrimonia.*

§. XXXVI.

*Reginæ responsum ad Condai
litteras.*

*Gramont.
l. c. p. 42.
Janson.
contin.
p. 410. &
seqq.*

Has literas Regina die vigesima pri-
ma Februarii accepit, ex quibus
cum suam præcipue administrationem
peti, probe intelligeret, hinc diluen-
dæ in suum caput calumniæ studio mox
Condæo hæc in verba respondit. „Ipsa-
„met diu comitia indicere statuebam,
„obstitere tamen seditiones, quarum
„pars magna es: objicis, quod largi-
„tione Regia plerosque etiam præter
„meritum auxerim: ast motus undique
„concitatos, Rege impubere, partim
„consilio, partim dissimulando, partim
„liberalitate, prout necessitas deposce-
„bat, dissipare studui, minime Princi-
„pum, nec tui oblita: hos ego nur-
„quam despexi, sed Provinciarum Præ-
„fectu-

Sæc. XVII.

A. C. 1614.

„fectura honoratos, divitiisque auctos
 „colui, ne saltem pacem turbarent: si
 „autem in hoc peccavi, multa tecum
 „contuli consilia, cur toto quadriennio,
 „quo Regnum administro, nihil eorum,
 „quæ nunc mihi exprobras, meministi?
 „cur me secreto non admonuisti? cer-
 „te non distul'ssem malo remedium;
 „Pepigi Regia in matrimonia foedus,
 „Gallisque Hispanos pace junxi: ast,
 „inquis, consuli debuissent Principes?
 „sed nunquid id tibi ex Aquitania re-
 „duci manifestavi? Dein profligatum
 „a Ministris meis ærarium, & publicam
 „auctoritatem fuisse usurpatam quere-
 „ris? sed Condæe! ubi tuus ille in
 „publicum amor, quo fervidus in sedi-
 „tionem armaris? si per tres annos hi
 „effræni licentia jam debacchantur, cur
 „hucusque siluisti: si Regno consulere
 „tibi est animus, cur rebellionem te Prin-
 „cipem præbes, cur turbas concitas,
 „cur patriam in seipsam armas? non
 „opus esset armis extorquere, quod
 „ego ultro fecissem: quæris vanos in se-
 „ditionem prætextus: ego autem in
 „nullo peccavi magis, quam quod ni-
 „mis multa dissimularim, ac tecum le-
 „nius egerim. Omnia mea studia in id
 „erant intenta, ut in pace & tranquil-
 „litate Regnum floreret: in id adsciti
 „fuere in sanctius consilium Viri probi,
 „qui-

Sæc. XVII. „quibus salus publicæ curæ est, neque
A. C. 1614. „mihî alia erit mens, dummodo per
 „tua arma liceat.„ Hæc quidem Re-
 gina ad Condæum perscripsit, cum au-
 tem facile perspiceret, eo jam deven-
 tum esse, ut ferro frangenda sit seditio,
 ne igitur, quod sui muneris rationes
 exigebant, negligeret, nec, ita suaden-
 te Matris cura, Regi filio suo in ullo
 defensionis genere deesset, vim vi re-
 pellere statuit: Aderant eidem citius
 dicto Bassompetrus, & Galatius Hel-
 vetici præsidii Ductores cum fortissimo-
 rum tribus millibus. Prætorianorum
 quoque sub Espernonio Duce quatuor
 millia, novisque supplementis a Lavar-
 dino adductis tredecim armatorum mil-
 lia adversus Principes, quorum exer-
 citus vix sex millibus constabat, in a-
 ciem fuereeducta.

§. XXXVII.

*Actum de pace Reginam inter &
Principes concilianda.*

Serran. & Gramm. l. c. Interea Bullionius Calvinianæ sectæ
 Princeps, hujusque belli Author
 conjuratorum Principum copias duce-
 bat, indicto ad Sueffiones loco castra
 metatus: cum vero Praslinius jamjam
 cum valida manu contra Nivernium
 Ducem in Campaniam moveret, &
 Gui-